

votis communibus, que de jure communi ad ordinarium loci pertinent, ac ipsa vota commutandi eadem auctoritate qua fungimur, plenam concedimus facultatem, Nulli ergo &c. nostre concessionis &c. Datum apud Monasterium Clare vallis, lingonensis dyocesis, VIII^o. iudicis Decembris, Anno domini M^o *) Octuagesimo septimo, apostolica sede vacante.

953.

1287. d. 14 Dec.

Nydala.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts vidimation af Påfl. Legaten, Bisk. Johannis försäkran till Cistercienser Orden.

A. 2. d. 6.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Benedictus dei gracia lyncopen-sis, Episcopus, dux finlandie, Salutem in omnium saluatorem, Noueritis nos vidisse litteras reuerendi patris Domini J. dei gracia tusculanensis, Episco-pi, apostolice sedis legati, concessas ordini Cysterciensi, non rasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas in hiis verbis. JOHANNES &c (se föregående N:o 947) In huius rei testimonium sigillum nostrum appendi fecimus presenti pagine in evidenciam pleniorem, Datum in nouaualle anno domini M^oCC^oLXXX^o VII^o In crastino beate lucie virginis.

Sigillet bortfallet.

954.

1288. d. 23 Jan.

Nyköping.

Biskopen i Linköping, Hertig Bengts aflatsbref för dem, som besöka Sigtuna kloster.

A. 3. c. 12.

Benedictus dei gracia Lincopensis Episcopus. Dilectis sibi in christo filijs Priori & fratribus ordinis predicatorum in conuentu sictoniensi. salu-tem in omnium saluatorem. Licet is &c såsom N:o 435 till apciores. Ut igitur ecclesia vestra congruis frequentetur honoribus, omnibus uere contri-tis & confessis qui eandem ecclesiam ob reuerenciam saluatoris nostri cru-cifixi in die parascewes & in vtroque festo sancte crucis & in singulis fe-stiuitatibus beate Marie semper virginis & beate Marie Magdalene atque ka-terine & vndecim milium virginum & in sollempnitatibus sanctorum confes-sorum Augustini Episcopi & Dominici ac beati Petri Martiris. nec non &

*) Ducentesimo finnes icke i vidimerade afskriften.

Sv. Diplom. II.